Nider, Johannes: Sermones de tempore et de sanctis cum quadragesimali
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1480] Seite 112



O quã dissimile tolle crucifige eum
et benedictus qui venit in nomine
domini ꝙ dissimile rex israel·et non
habemus regem nisi cesarem·ꝙ dissi
mile rami virẽtes et crux claui et spi
ne·Cui prius sternebantur vestimen
ta aliena recepta sunt propria·Ve ti
bi amaritudo peccatorum nostroꝝ·
ꝓpter que soluenda tãta amaritudo
necessaria est·

## In cena domini

Xemplum dedi vobis vt
queẽadmodum ego feci vo
bis ita ⁊ vos faciatis Jo·
xiij·sup quo sanctus tho·
in post·dicit In actibus hominũ pl⁹
mouent exempla ꝙ verba· A Il-
lud em̃ homo agit et eligit qđ sibi vi
det² bonum vnde magis ostendit il-
lud esse bonum quis quod ipemet eli-
git ꝙ docet eligendum· Et inde ẽ ꝙ
quando quis dicit aliquid·⁊ tñ aliud
facit magis suadet alijs qđ facit ꝙ il
lud quod docet·Et ideo maxime ne-
cessarium est ex ipo facto exemplum
dare· Sed exemplum quidẽ puri ho
minis humano generi non erat suffi
ciens ad imitandum· tum quia racio
hũana ab omni ꝯsideracõne defecit·
tum quia in ipa rerum ꝯsideracõe de
cipitur·Et ideo datur nobis exemplũ
filij dei qđ est infallibile ⁊ ad omnia
sufficiens vnde dicit Aug⁹·que sup-
bia non sanat² si humilitate dei nõ sa-
nat²· Similiter que auaricia et sic de
alijs·hec tho· B Ostendit igitur
euangelista hodie de christo tria que
intueri debemus·Primo xp̃i hominis
dignissimã maiestatem· Scđo eiusdẽ
ministerij maximã humilitatẽ ibi·sur
git a cena·Tercõ sue exemplaris vir-
tutis imitabilitatem ibi postꝙ ergo
lauit·Circa exordiũ tñ sermonis·No
tanda sunt quinqꝫ que sꝫm ordinẽ hi-
storie hodie xp̃c fecit·Primo iussit p̃-
pare mensã et necessaria eius ꝓ agno
edendo paschali· de quibus habetur
Math·xxvj·et Mar·xiiij·Deinde ve
nit cũ·xij· et stando comederũt agnũ
sꝫm ritum imperatum·Exo·xij·Dein-
de christ⁹ sedit et dixit Luce·xxij·de-
siderio desideraui hoc pascha mandu
care· scilicet finem veteris testamẽti
et inicium noui· Ammodo non bibam
de genimine·ꝛc̃·Et hec sunt facta i su
periori cenaculo·Secundo principali
ter hodie surrexit a cena·non dũ cõ-
pleta et descendit in inferius cenacu-
lum et ibi lauit pedes discipulorum đ
quo Jo·xiij·Tercõ principaliter ite-
rum sedit ad cenã cum· xij·et accepit
panem in manus eleuauit oculos in
celum gratias egit·benedixit et euca
ristiam consecrauit· primamqꝫ missaꝫ
legit et ordinis etiam sacramentum đ
dit ac omnes communicauit de qui-
bus·Math·Mar·et Lucas scribunt·
Tandem ait traditorem esse in men-
sa et omnibus querentibus quis esset
iudam iohãni secreto ostendit tradi-
torem esse et bucellam non consecra-
tam iude dedit·Quarto principaliter
sermonẽ longum et deuotum pro va-
lete fecit đ quo Jo·xiiij·xv·xvj·xvij
Quinto principaliter per oracõnem
deuotam pro se pro discipulis· et pro
omnibus credentibus discipulis con-
clusit·Joh xvij· C Hodie itaqꝫ
euangelista notat tria videlicet chri-
sti omnisciam sciẽs qꝛ venit hora ei⁹
Secũdo ei⁹ caritatẽ sũmã·cũ dilexis
set suos·Tercõ ei⁹ omnipotentiã sci-
ens qꝛ oia đdit ei pr̃ in manus·Dicit
ergo ·Añ diẽ festũ pasche iudeoꝝ scꝫ
qui icepit vespere die iouis seu ferie
quinte et sequens dies etiã celeber-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-500/0111
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG